

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dissertatio moralis de religione hominis secundum legem  
naturae**

**Wernher, Johann Balthasar von  
Götz, Johann Heinrich**

**Lipsiae, 1698**

**§. IX**

**urn:nbn:de:bsz:31-102660**

loquuntur; carere. Quicquid ergo causa habet, aeternum non est;  
quamvis possit esse aeternum, quod sit in spiritibus creatis, qui  
quamvis coepit, adeoque non sunt aeterni, sine tamen carebunt,  
& hinc sunt aeterni. *Conf. Vilhelm. Institut. Metaph. Part. Pr.*  
*c. 47. §. 4.*

### S. IX.

Præterea teneendum, DEum mundum a se productum non ne-  
gligere, sed sua providentia gubernare. Quidam enim  
moralem, & socialitatis salutem nihil intereat, utrum quis exis-  
tentiam DEI negat, an ejus providentiam in dubium vocet; Utroque  
enim casu corruit omnis Religio, humanae societatis necessarium  
vinculum. Demonstrari autem ex lumine naturæ providentia di-  
vina variis modis potest. Et primò quidem notabilis omnino est  
inclinatio, & quidam veluti ad eam credendam in homine instin-  
ctus. Quoniam enim homo suum hat de re meditatur; deprehendit,  
se velut pondere quedam inclinati ad eam partem, ut credat provi-  
dentiam; & quamvis se de facto ad contrarium nonnunquam de-  
flectat, non tamen contrarios in se oriundos motus satis subigere po-  
test. Et quò iustus illi quæso, & laniatus torquentis se Conscientia?  
An non indicant, per scelera commissa offendit eum, qui haec hu-  
mana curat, qui in legum suarum transgressores acriter animadver-  
tat? Et sane, cum quilibet opifex naturali caritate & cura in suum  
opus feratur, qui summus rerum molitor & effector DEus possit suas  
creaturas negligere, tam mirabili artificio & stupendo ordine pro-  
ductus? Præcipue cum ipse & sapientissimus & summe potens, &  
optimus sit argy justissimus; quæ eius attributa ipsa providentiam  
quoque manifestè arguunt.

### S. X.

Illud etiam sentiendum, nihil DEO competere, & conseguen-  
ter propriè de eo prædicari posse, quod aliquam imperfectionem  
in suo formaliter involvat. Cum enim concipi non possit DEus, nisi  
tangitans suum perfectum, inde liquet, perfectioni ipsius nihil  
addi aut demiri posse, & proinde nihil ei perfectionis deesse. Et  
recte sane monet Pufendorf. *l. 5. s. id* esse absurdum, creaturam  
concipere ubi aliquam perfectionem posse, quæ in ejus & cetera-